



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

IV. Ecclesiasticorum quorundam mala vita & ignorantia pleraque mala
nobis pepererunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

III. Ante omnia vitia & ignorantia multorum sacerdotum ac clericorum (taceamur enim ingenue quod negare non possumus, malorum nostri sæculi hanc præcipuum fuisse fontem) multos à Catholica Ecclesia diverterunt. Ah miseros, quos aliena pericula & mala cautos facere non potuerunt! Non minus scite quam vere Pius II. Pontifex dicere solebat, quemadmodum imperiti medici corpora, ita indoctos sacerdotes animas occidere. Sed ecce! dum illi vitijs suis & ignorantia indormiunt, ac profundum stertunt, Deus post longi temporis patientiam lento gradu accedens, eos opprimit, & ferrea virga percussos excitat: idem, inquam, ille Deus, quem S. Hieronymus in eadem ferè re & causa in clamat: *Domine, quò te abscondisti? dormisne, an vigilas?* Certè solutis in luxum Clericorum animis, & ignavia torpentibus, isti pseudo-apostoli doctrinæ suæ zizania passim disseminarunt. Et quemadmodum hanc velut præcipuam apostasiæ suæ causam prætendunt; sic idem quo minus ad Catholicam revertantur Ecclesiam, maximum est impedimentum: atque ita quod paucorum est, criminis reos faciunt, immo suam ipsorum malitiam, ut Susannæ pudicitiam tentantes duo illi æquam, alijs imputant.

IV. Verus illa hæreticorum consuetudo semper fuit, & est. Religionis latus per Religiosorum vitæ perere. Et sicut muscæ, inquit Sanctus Gregorius Nazianzenus, ulcerosæ libentius quam mundæ & nitidæ cuti insident, & vultures non ad sana corpora, sed cadavera advolant: sic homines isti apostatici, relicti quæ in tot Ecclesiasticorum hominum millibus nitidissime conspiciuntur; eximijs virtutibus, paucorum vitia suggillari voluptati habent. Hæc illis uberrimam præbent etiam bonos calumniandi materiam: adeo ut nihil nisi atrabilem evomant, ac velut agitatam fluctibus mare, tam suas quam alienas sordes eijciant. Id sanè tum aperitissime in Gallia nostræ Calvinistis vidimus: qui non ea solum quæ sciebant, sed etiam quæ nesciebant, ficta ac falsa in Catholicos, præsertim sacri ordinis, deblatèrabant, pasquillos & famulos libellos passim affigebant, ychimos decantabant, nihil denique intermittebant, quod ad minuendam, immo tollendam omnem Ecclesiastici ordinis existimationem atque auctoritatem quoquo modo pertinere videretur; eo nimirum, ut suave illud Christianæ servitutis iugum, quo piæ animæ in officio continentur, excuterent atque abijcerent.

V. Sed iniquum profecto est, munus quodcunq;

obgerentis vitia traducere ac vituperare. Quæ vero divina veritas ac religio è bonis aut malis partium dependeat! Quorum opera si cum verbis non conveniant, religio nihilominus sua ipsius veritate nitens, firma, semper & immota consistit. S. Augustinus ad solius Dei potentiam nobis respiciendum hic monet, nec posse nobis à ministro quidquæ mali obtingere, ubi magister tam bonus sit. Et Tertullianus, Non ex personis fidem, sed ex fide personas probandas ait. Peccatum quidem ex homine est; sed unctio à Deo, quam peccatum obliterare sive evacuare non potest. Ecclesiastici hominis vitium mutare nequit id quod illi ex divina cõsecratione cœlitus datum est. An tu magnū illum Mundi oculum, etiam si radios suos infimum & cloacas immittat, propterea pollui diceas? Sanctum Ludovicum Gallia regem dicere solitum ajunt: quamvis boni ac probati mores firma admodum Ecclesiæ sint munimenta, & ad persuadendum maiorem vim habeant quam verba; divina tamen mysteria ac sacramenta ministrantium vitijs nequaquam evadere minus sacra vel efficacia. Sanctus Thomas disertè ait, sacramenta vitiosi sacerdotis manibus tractata, eandem nihilominus habere efficaciam, quam si ab inculpata vitæ homine administrata essent: quamvis huius quam illius oratio melior sit. Et Augustinus Deum inquit gratiæ suæ sacramenta per malorum manus nobis porrigere, gratiam vero per seipsum aut sanctos nobis largiri. Sed hæreticis os sapientissimis probati cuiusdam auctoris verbis occudamus, inquit, Jesum Christum notuisse ut quod suum esset, vel per officiariorum seu ministrorum bonitatem melius vel eorundem pravitate deterius redderetur. Cur quæso? Ne, inquit boni sibi persuaderent, quidquæ ex sua bonitate divinis operibus addi; aut mali, ex sua malitia divinæ bonitati aliquid detrahi posse: & ita utrique Deo potentiores, aut id quod solius Dei est sibi attribundo, ipsi dii videantur. Sed hæc omnia susque deque habent hæretici: qui non ceremonijs modo & sacerdotibus vestibus, verum etiam ipsis sacris personis illudunt, per contumeliam eos cum Rabinis Tonfos aut Rasos, quos Sanctus Hieronymus honorifico elogio Coronatos vocat, appellantis. Eosdem illi a finis, lupinis, vulpini capribus, & quæ non tandem forma pictos, ad ludibrium proponunt & ostentant; nullo denique iniuriarum calumniarum ac conviciorum genere non proscindunt. Sed mirum non est, ut cum S. Bernardo loquamur, eos qui Ecclesiam nobis ag-

nos-